



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

3. Quid denuntiatio privata? quomodo expeditur? an in foro Ecclesiastico ad eam praemittenda bina monitio? in ea denunciatio num repellitur criminis objectione?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

bationes contrarias super bona fama *cap. cum in iuventute de purg: can.* Secus, quando procedit ex officio, quia contra denunci-
 antem præsumitur, non contra Judicem *cap. in presentia de renunc.* TERTIO in de-
 nunciatione fit quædam litis contestatio *capit. cum dilectus*. S. dictus verò de purg. Can:
 secus in inquisitione ex officio, quia ibi non est, cum quo possit fieri litis contesta-
 tio sed fit quædam quasi contestatio inter infamiam, quæ tenet locum accusatoris, & respon-
 sionem requisiti. QUARTO in inquisitione ex officio recipiuntur testes publicatis attestacionibus. tunc enim cessat
 timor subornationis, cum semper dicta testium sint nota Judici, secus quando proceditur ad denunciationem. *cap. cum clamor de testib. Panor: in cap. qualiter & quando.* Effectus publicæ denunciationis idem est, qui accusacionis, ut communiter DD.

3. DIXI præterea supra initio, ut distinguatur à privata: quia privata denuncia-
 cio competit læso propter suum interesse, & fit ad privatum commodum. In foro sæculari expeditur nullâ monitione præmissâ, quando fit denunciatio ab illo, qui

qui non potest agere, ut à servis potestati alterius subjectis, Religiosis, rusticis oppressis, & aliis conquerentibus de injustis gravaminibus Prælatorum, vel eorum, quibus subsunt, §. pen: *Institut: de his, qui sui vel alieni juris sunt, & ibidem* DD. aut si fiat denunciatio de his, quæ spectant ad forum venale, ut justo pretio vendantur. *L. 1. §. cura ff. de offic: Præfekt: Urban: aut si res mea ad te pervenit, nec est causa, cur apud te debeat remanere, quam jure Civili condico conditione certi vel sine causa, per L. si & me & Titium. ff. si cert. cuius remedium est subsidiarium L. si servum eod: & ibid: post. Gl: DD.* In foro Ecclesiastico exigitur bina monitio sicut in Evangelica, ut infra dicemus, *can: si quis erga Episcopum 2. q. 7.* in ea denunciatus non repellitur prætextu criminis *cap. de cætero. de testibus*, nemini enim jus suum persequentis obstat criminis exceptio. *Can: omnibus 4. q. 6.* nisi fortè excommunicatio obstaret *cap: exceptionem de except. vel spoliatio aut deprædatio. cap: 2. & fin: de ord: cog: vel alia exceptio præjudicialis. Panor: in cap: novit: num. 32. de judic:* **F O R M A** libelli hæc est.
Domi-

Domine Judex, talis tenet rem meam
 contra conscientiam in periculum animæ
 suæ, cum ad me pertineat, ideò imploro
 officium vestrum, ut cogatis eum ad re-
 stitutionem. Panormit: in cit. cap. novit.
 de jud: in m. 52.

4. Judex Ecclesiasticus non admittit
 indistinctè hanc denunciationem, ne pe-
 reat temporalis gladii jurisdictio. *cap. no-
 vi. in princ. de jud:* Sed tantum in certis ca-
 sibus, ut quādo est crimen Ecclesiasticum
 de sui natura. *Cap: 1. de offic: ord: & ibi Gl: &
 DD.* vel talis sit causa, quæ ad iudicium Ec-
 clesiasticum noscitur pertinere ratione
 pacis vel treguæ violatæ. *Panorm: in rub: de
 treg. & pa. juramenti violati cap: fin: fori comp:
 8.* quando crimen est notorium. *cap. cum
 sit Romana. § fin: de appellat.* quando non
 auditur in foro seculari. *cap: ad nostram de
 iurejurand: & ibidem. G. pen: & Can:* quan-
 do miserabilis persona denunciatur & pro-
 pter potentiam adversarii non potest se
 iuvare in foro sæculari. *L. denunciamus. C.
 de his qui ad Ecclesiam confug: quando subest
 obligatio naturalis tantum. cap. qualiter de
 pace. in his & similibus casibus reducibili-
 bus*

bus